

## CAPUT IX.

1. Primo tempore alleviata est terra Zabulon, et terra Nephthali, et novissimo aggravata est via maris trans Jordanem Galilææ gentium.
2. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis.
3. Multiplicasti gentem: non magnificasti lætitudinem. Lætabantur coram te sicut qui lætantur in messe, sicut exultant victores capti prædæ, quando dividunt spolia.
4. Jugum enim oneris ejus, et virgam humeri ejus, et sceptrum exactoris ejus superasti, sicut in die Madian.
5. Quia omnis violenta prædatio eum tumultu, et vestimentum mistum sanguine, erit in combustionem, et cibus ignis.
6. PARVULUS ENIM NATUS EST nobis, et filius datus est nobis; et factus est principatus super humerum ejus; et vocabitur nomen ejus Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri seculi, Princeps pacis.
7. Multiplicabitur ejus imperium, et pacis non erit finis: super solium David, et super regnum ejus sedebit, ut confirmet illud, et corroboret in judicio et justitiâ à modò et usque in sempiternum: zelus Domini exercitum faciet hoc.
8. Verbum misit Dominus in Jacob, et cecidit in Israel.
9. Et sciet omnis populus Ephraim et habitantes Samariam, in superbâ et magnitudine cordis dicentes:
10. Lateres ceciderunt, sed quadris lapidibus ædificabimus; sycomoros succiderunt, sed cedros immutabimus.
11. Et elevabit Dominus hostes Rasin super eum, et inimicos ejus in tumultum vertet;
12. Syriam ab oriente, et Philistiim ab occidente; et devorabit Israel toto ore. In omnibus his non est aversus furor ejus, sed adhuc manus ejus extensa.
13. Et populus non est reversus ad percutientem se, et Dominum exercitum non inquisierunt.
14. Et disperdet Dominus ab Israel caput et caudam, incurvantem et refrenantem, die unâ.
15. Longævus et honorabilis, ipse est caput; et propheta docens mendacium, ipse est cauda.
16. Et erunt qui beatificant populum istum, seductentes; et qui beatificantur, præcipitati.
17. Propter hoc super adolescentulis ejus non lætabitur Dominus; et pupillarum ejus, et viduarum non miserabitur: quia ornis hypocrita est et nequam, et universum os locutum est stultitiam. In omnibus his non est aversus furor ejus, sed adhuc manus ejus extensa.
18. Succensa est enim quasi ignis impietas, veprem et spinam vorabit; et succendet in densitate salutis, et convolverit superbia fumi.
19. In irâ Domini exercitum conturbata est terra, et erit populus quasi esca ignis: vir frauri suo non parcat.

## CHAPITRE IX.

1. Dieu a d'abord frappé légèrement la terre de Zabulon, et la terre de Nephthali; et à la fin sa main s'est appesantie sur la Galilée des nations, qui est le long de la mer au-delà du Jourdain.
2. Mais enfin ce peuple qui marchait dans les ténèbres a vu une grande lumière, et le jour s'est levé pour ceux qui marchaient dans l'ombre de la mort.
3. Vous avez multiplié ce peuple, mais vous n'avez point augmenté sa joie. Ils se réjouiront en votre présence comme on se réjouit pendant la moisson, et comme se réjouissent les victorieux lorsqu'ils ont spolié leurs ennemis, et qu'ils partagent le butin;
4. Car, vous avez brisé le joug qui accablait votre peuple, la verge qui lui déchirait les épaules, et le sceptre de celui qui l'opprimait tyranniquement, comme vous fîtes à la journée de Madian;
5. Car toutes les dépouilles remportées avec violence et dans le tumulte, et les vêtements souillés de sang, seront mis au feu, et deviendront la pâture de la flamme;
6. Car un petit enfant nous est né, et un fils nous a été donné; et la domination a été mise sur son épaule; et il sera appelé l'Admirable, le Conseiller, Dieu, le Fort, le Père du siècle futur, le Prince de la paix.
7. Son empire s'étendra de plus en plus, et la paix qu'il établira n'aura point de fin; il s'assiera sur le trône de David, et il possèdera son royaume, pour l'affermir et le fortifier dans l'équité et la justice, depuis ce temps jusqu'à jamais. Le zèle du Seigneur des armées fera ces choses.
8. Le Seigneur a envoyé sa parole à Jacob, et elle a été vérifiée dans Israël.
9. Et tout le peuple le saura, Ephraïm, et les habitants de Samarie, eux qui disent dans l'orgueil et dans l'élevation de leur cœur:
10. Les briques sont tombées, mais nous en bâtirons de pierre de taille; les sycomores ont été coupés, mais nous remettrons des cèdres en leur place.
11. Le Seigneur suscitera contre ce peuple les ennemis de Rasin, et il fera venir en foule tous ses ennemis.
12. Les Syriens du côté de l'orient, et les Philistins du côté de l'occident, et ils dévoreront Israël à pleine bouche. Après tous ces maux, sa fureur n'est point encore apaisée, et son bras est toujours levé.
13. Ce peuple n'est pourtant point retourné vers celui qui le frappait, et ils n'ont point recherché le Dieu des armées.
14. Le Seigneur retranchera dans un même jour la tête et la queue, celui qui courbe et celui qui retient.
15. Le vieillard et les personnes vénérables en sont la tête, et le prophète qui enseigne le mensonge en est la queue.
16. Alors ceux qui appellent ce peuple heureux, se trouveront être des séducteurs, et ceux qu'on flatte de ce bonheur, se trouveront avoir été conduits dans le précipice.
17. C'est pour cela que le Seigneur ne se réjouira point dans les jeunes gens d'Israël; il n'aura point de compassion des orphelins et des veuves, parce qu'ils sont tous des hypocrites et des méchants, et que leur bouche ne s'ouvre que pour dire des folies. Après tous ces maux, sa fureur n'est point apaisée, et son bras est toujours levé.
18. Car l'impiété s'est allumée comme un feu; elle dévorera les ronces et les épines; elle s'embrasera dans l'épaisseur de la forêt, et elle poussera en haut des tourbillons de fumée.
19. La terre a été ébranlée par la colère du Dieu des armées; le peuple deviendra comme la pâture du feu; le frère n'épargnera point le frère.

20. Et declinabit ad dexteram, et esuriet; et comedet ad sinistram, et non saturabitur: unusquisque carnem brachii sui vorabit; Manasses Ephraim, et Ephraim Manassem, simul ipsi contra Judam.
21. In omnibus his non est aversus furor ejus, sed adhuc manus ejus extensa,

## COMMENTARIUM.

VERS. 1. — Hebræi legunt *caeth*, id est, sicut tempore, vel secundum tempus. Vulg. *baeth*, id est, in tempore. Est autem facilis mutatio *beth* in *caph*, et contra; sed sensus valde diversus esse videtur. Judæi ergo suâ illâ distinctione et mutato *beth* in *caph* loquuntur hunc ita obscurarunt ut qui commentarios eorum legerit, nequaquam ex eis quid sibi hoc loco propheta velit possit unquam intelligere. In eodemque luto hærent nostri qui hanc illorum impietatem non perciperunt. Cum enim nullus sit locus in Prophetis qui apertiùs vocationem discipulorum Domini denuntiet quàm hic, et apud Mattheum videre potes, impii illi, ut tenebras nobis effunderent, et ut locum quem Mattheus adduci penitus enervarent, inventum hanc distinctionem exogitaverunt, ut cum hæc pertinerent ad capiivum Babilonicum dicerent, et tria tempora et tres capitulationes hic commemorarent, easque inter se conferrent, quod sequitur de populo qui ambulabat in tenebris quod referendum esset incertum remaneret. Nos tamen Matthei auctoritate et anti-quâ Hieronymi versione suffulti, posthabitis Judæorum commentis, servatâ tamen Hebræi sermonis proprietate, locum multò aliter tibi, christiane lector, et interpretaborum, et omnino ita interpretandum esse ostendemus. PRIMO TEMPORIS. In primo tempore dicendum foret, ni Latinus sermo prepositionem hanc superfluum diceret, et apud Vulg. vides, apud quem quoque distinctionem habes multò à Judæorum distinctione diversam. ALLEVIATA EST, id est, vilis fuit, nullius existimationis et pretii. Quam acceptionem verbi *catal* non possunt Judæi negare, cum infinita habeat exempla. Significat autem verbum ipsam alleviari vel pondere, vel divitiis, vel honore et existimatione; et opponitur verbo *cabad*, de quo paulò post. Et, ut jam non semel admonui, Hebræis verba in tertiâ conjung, si non sequatur casus, neutraliter, ut in primâ, accipi solent. Et, ut videas, lector christiane, quàm hoc loco Judæi cæcutiant, dic proferant tibi vel unum locum in quo verbum *catal* significet levitatis *privi*, vel leviter opprimi seu affligi. Quòd si dicant alleviatam, id est, habitatoribus et bonis spoliatam, cum huic opponatur quod mox sequitur, aggravata est, non gravibus oppressam, sed hominibus et bonis refertam significabit: quod tamen secundum fictiones illorum non succedit. Si verò cum Rabbiniis legamus *beth* et non *caph*, hæc non conjungemus præcedentiùs, sed cum Vulgato exordiemur hoc pacto: Juxta priora tempora vilis fuit terra Zabulon, etc., ad novissimum, etc., ut idem omnino sit sensus ac si esset *beth*. AGGRAVATA EST. De *cabad* idem sentiendum est: superiori enim opponitur, et gravem esse vel pondere, vel dignitate et honore, seu divitiis

20. Il ira à droite, et la faim le tourmentera; il mangera à gauche, et ne sera point rassasié. Chacun dévorera la chair de son bras. Manassé dévorera Ephraïm, et Ephraïm Manassé; et l'un et l'autre se soulèveront contre Juda.

21. Après tous ces maux, sa fureur n'est point apaisée, et son bras est toujours levé.

significat: à quo nomen illud frequentissimum in Scripturis *cabod*, id est, gloria, splendor, claritas, etc. Rectè igitur, quamvis sit in tertiâ, redditur verbo honorandi seu illustrandi. Porrò cum superiori capite Propheta explicasset plurimos ex Israelitis, ex utraque domo Israelis, perituros, et tantum quibusdam futurum Christum Dominum in sanctificationem, nempe discipulis Domini, quorum esset intelligere legem Domini, et omnem impiam doctrinam explodere, ut pote quibus imprimis orta esset lux cœlestis, et quos Spiritu S. Dominus eruditurus esset; jam Propheta dignum judicavi ut ostenderet quoniam isti essent, et quonam pacto, aliis in cæcitate et tenebris permanentibus, istis orta fuerit lux. Quibus de mysterio Christi plurima annecti. Olim, inquit, Zabulonitæ et Nephthalitæ, totusque ille Galilææ tractus usque ad Tyrum, vires fuerunt, non gloriâ rei militaris, non nobilitate sanguinis, non scientiâ aut artibus illis clari, omnesque Galilææ contemptibiles erant; unde illud: *Nim tu Galilæus es? scrutare Scripturas, et vide quòd à Galilæâ Propheta non surgit; et illud: à Galilæâ potest aliquid novi esse? At novissimis temporibus regio illa illustrata fuit præsentâ, habitatione, consuetudine, doctrinâ et miraculis Domini, præsertim via maris, id est, quâ versùs mare Galilææ iur: qui tractus vulgò dicebatur trans Jordanem seu Galilæa gentium: in quâ multi gentiles misti Judæis degabant, vel que gentes attingebat. Galilæ enim nomen proprium regionis esse potest, et nomen appellativum. Bona autem discipulorum pars ex illis locis erat, de quibus Psalmista; *Principes Zabulon et principes Nephthalim*, etc., ut alibi latius explicabimus. Jam quod sequitur ita hænc interpretationem confirmat, ut nihil obstare posse videatur quominus eam amplectatur christianus lector, nisi nimia (si nimia dici potest) Prophetae eum Evangelio concinnitas atque concordia. Interim tamen admonendum lectorem judicavi, ne miretur quòd cum nomen *terra* sit femininum, hæc verba sint masculina; nam non pro elemento ponitur, sed pro habitatoribus, ac si diceret, *Zabulon, Nephthalim*, etc. Quòd si quis contendat propter  $\tau$  in nomine  $\psi$ NS verba ad *Deum* esse referenda, non prohibeo, modò in prædictâ significatione ea accipiat, q. d., *vilem reputavit terram*; se erga illam tanquam erga vilem gessit, etc.*

VERS. 2. — POPULUS QUI AMBULABAT, etc. Est expositio ejus quod dixerat; nam explicat quo pacto honoraverit gentem vulg. UMBRÆ MORTIS. Unica dictio est Hebræis composita ex *tsel, umbra*, et *math, mors*; diciturque de illâ *umbra quò oculi morientium occupantur*; quæ equidem tristissima est, et porta ad mortem et inferos. *Ambulare autem seu habitare in umbra*



mortis est in maximis vite periculis versari, in quibus de vita solent homines desperare. Illic certe respexit pater Joannis Baptistae: *Visitavit nos oriens ex alto, illuminare eis qui in tenebris et umbrâ mortis sedent*. Hinc quoque ad animum transfertur; sicut et tenebrâ pro peccatis et peccatorum effectibus, ignorantia, tristitia, etc.; hæc enim cum morte ipsâ magnam habent cognationem. Super Galilæos igitur piscatores, super ignotos et nullius nominis homines et obscuro loco natos, super peccatores et publicanos, et omnium novissimos, etc., *resplenduit lux, cœli; et illis datum est nôsse mysterium regni Dei, etc.*

VERS. 5. — MULTIPICASTI GENTEM. Non toti populo illuxisse ostendit. *Multipicasti*, inquit, *gentem Judæorum juxta generationem carnis; sed in pluribus eorum non fuit beneplacitum Deo, neque omnium, sed paucissimorum fuit gaudium*. Quibus quidem orta est lux, gaudii sunt et exultaverunt gaudia inenarrabilia, ut inquit Petrus. Propheta verò lætitiâ comparat gaudia messorum et militum, quando post victoriam spolia dividunt. In discipulis enim, teste Domino, verum fuit verbum quod dicebatur: *Alius est qui seminat, et alius est qui metit*. Alii laboraverunt, et ipsi in labores aliorum intraverunt: ut qui seminat simul gaudeat, et qui metit. Et qui metit mercedem accipit et congregat fructum, etc., Joan. 4. Et illis iterum dictum est: *Messis quidem multa, operarii autem pauci*. Et Paulus gaudium et coronam suam vocabat discipulorum suos. Quòd si victorum exultationem velis videre, lege Psal. *Omnes gentes, plaudite manibus, etc. Subjicit populos nobis, et gentes, etc. QUANDO DIVIDENT. Vel in divisione*. Hebræis infinitivus est cum affixo pronominis, q. d., in suo dividere spoliâ.

VERS. 4. — JUGUM ENIM ONERIS EJUS, etc. Hæc est præcipua lætitiæ ratio, quòd confringerint inimici potentiam, et regnum ejus et tyrannidem everterint. Jugum quod suis imponit diabolus gravissimum est, et totum ejus imperium (quod per baculum et sceptrum significatur) acerbum et importabile. Dominus autem Jesus, tum per se, tum per suos, totum ejus imperium dejecit; principem ejecit de mundo, et de eo planè triumphavit, ut non habebat potestatem nisi in eos qui volunt sese illi subdere. Consequit Scriptura, cum de regno agit, hæc duo nomina baculum et sceptrum connectere, ut pro eodem accipi videantur. Consuetudo autem fuit regibus sceptrum gestare seu baculum. Ille verò dicitur baculus humeri, vel quia dum gestatur in manu humero applicatur, vel humeris ad subditos esse referendus; pondera enim humeris sustinentur; q. d.: Imperium grave quod humeris sustinebant, abstulisti. Hebræa vox of vel verbo alah, ut quidam volunt, id est, ascendit, quòd jugum cervicibus jumentorum super inducatur, vel potius ab of, quod injuriâ officere, vel defraudare, dehonestare, etc., quasi significet servitutem, disciplinam seu castigationem severiorem, quâ vel jumenta vel homines cohibentur et coercentur continenturque in officio. VIRGAM. A verbo natah, quod extendere seu protendere significat, venit nomen mat-

teh, oacatus, eol innititur, vel quem extendimus aliquid indicando. Virgam solent vertere; et accipitur per synecdochen pro familiâ illius baculi in quo nomen ipsius scriptum erat. Et ut duodecim fuerunt baculi, ita secundum illos erant et duodecim familie filiorum Israel. Transtulit autem Hieronymus, et post ipsam cæteri, tribum, Romano nimirum et gentili vocabulo. Vide Num. 27, unde hæc acceptio originem habuit. Figurât autem pro regno, ut jam dixi, accipi solet, à consuetudine gestandi sceptri, vel à pastoribus. HEMER. Vox Hebræa appellationem habet à surgendo, quòd sit pars corporis erectior et sublimior. EXACTORIS EJUS. Hebr. bo, sceptrum exactoris cum ipso, scilicet exactore, prostravisti. Vulg. sensum reddidit; nam potest et sic verti, sceptrum, seu virgam, quâ adigebat, ut nages sit participium, et illud beth sit instrumentale. SCRIPTUM. Schebeth, id est, baculus seu virga quæ nascitur ex arbore seu radice arboris. Est ergo idem quod matthæ: sed ratione appellationis differunt; et figurât etiam accipitur pro tribu seu familiâ, quòd ex arbore seu stirpe orta sit, id est, patre. Unde duodecim tribus baculi sunt dieti, quòd ex uno patre Jacobo nati sunt, ut Gen. 49. Utrumque quoque pro sceptro, id est, regimine seu regno, figurât accipitur. SUPERASTI, vel prostravisti. Verbum catholice hoc propriè significat ut supra dictum est 8, 9; hic in tertiâ activè accipitur, ut Jer. 49: *Prostreram Elam coram inimicis suis*. Sunt qui hæc de libertate à lege intelligant; alii, ab oppressionem quâ premebantur primi illi Christiani à Judæis. Sed ego malim intelligere de libertate ex potestate tenebrarum et peccati, quæ tunc lætitiæ ratio tam primis illis à Deo illuminatis, quam eis qui per eos vocati sunt, ut ambularent in lumine Domini. Et illa relativa populam referre existimo. Jugum grave seu onerosum ejus populi, et baculum quo premebatur, et virgam quâ adigebatur, prostrasti seu dejecisti. SICUT IN DIE, vel secundum diem, MADIAN. Non minùs inaudita, inquit, erit et insperata victoria quam fuit illa quâ Madianitæ à Gedeone victi sunt, quando paucissimi et inermes tubis et lampadibus infinitam hostium multitudinem fuderunt. Sic paucissimi discipuli Domini prædicatione et sanctitate ac miraculorum splendore imperium diaboli prostraverunt. De quo exercitu et novâ vincendi ratione, non sine allusione ad Gedeonis victoriam, canit versus ille Davidicus juxta lectionem Hebraicam: *Tecum principes in die exercitûs tui, in splendoribus sanctitatum, ex utero auroræ tibi ros juvenutis tuæ, etc.* Lege Pauli Epistolæ, et genus armorum, crucem, Evangelium et virtutem esse intelliges; Christum autem in Apostolis victorem orbis.

VERS. 5. — VIOLENTA PREDATIO. Ego, conculeatio conculeantis. Quòd verbo son, cujus non legitur nisi hic participium, hæc significationem tribum, facit nomen raas cum quo jungitur, quod commotionem significat quæ fragorem edit: deinde quòd in Chaldaico calceos tanquam nomen significat à calcando dictos, habet quoque cognationem cum verbo anas, concu-

cavit, proculcavit, stragem fecit, et cum nomine ason, quod ab eodem verbo, litteris transpositis, stragem seu violentiam significat. Conculationem ergo militum in prælio accipere pro ipsis conculatoribus; sicut in posteriori membro vestes sanguine conspersas pro militibus ferocibus et sanguinis sitiensibus; ut sensus sit: *Omnes concultores, qui proculcavit et stragem edunt cum commotione et strepitu, omnes sanguinarii milites, qui occisorum sanguine conspersa arma et vestes gerunt, cedent igni divino*. Quis autem sit iste ignis facilè ex Evangelio est intelligere. Descendit enim in discipulos Domini ignis de celo. Nulla, inquit, erit vis, nulla ferocia, nulla barbaries ac crudelitas quæ stare possit ante ignem illum quem missurus veniet Dominus in terram. Crediderim ego typum hujus Christi victorie, nempe occisionem illam exercitus Sennacherib, de qua non rarò in sequentibus fit mentio, imposuisse multis scriptoribus, ut non intelligerent locum hunc. Neque mihi placet interpretatio eorum qui hic multa supplent. Id certè faciunt quia quòd tenderet propheta non pressius consideraverunt. Vulgatus itaque rectè vertit, si sensum spectes. Jam quæ sequuntur, nostræ expositioni favent (1).

VERS. 6. — PUER ENIM NATUS EST NOBIS, etc. Apertit honorum omnium quæ dixerat fontem atque originem, nempe Incarnationem Domini. Hinc lux, hinc messis et victoria, hinc dejectio tyrannidis, et ignis ille cui omnis vis cessura erat. Nam qui Filium suum dedit, quid non cum illo nobis donaret? FACTUS EST PRINCIPATUS SUPER HUMERUM EJUS. Potest reddi, super cajus humerum imperium erit, id est, qui quamvis sit puer, habet tamen humeros aptos ad imperium sustinendum; nam dignus erit qui vocetur Admirabilis, etc. ET VOCABITUR. Juxta puncta quæ nunc habent Biblia, dicendum esset et vocabit; quod certè Rabbini fecerunt ut locum hunc enervarent: legitur enim, et Admirabilis et Consiliarius Deus, etc.; vocabit eum Principem pacis; ne scilicet ex his nominibus cogentur fateri quòd Messias esset Deus. Sed quòd tertiâ personæ accipiatur sæpius impersonaliter seu passivè, neque ipsi negare possunt, ut Gen. 16: *Vocabitur nomen puteo, etc.* Lev. 15: *Immundus, immundus vocabitur*; Deut. 15: *Quoniam vocabitur remissio Jehova; Psal. 49: Vocabuntur nominibus suis super terram, etc.* Adde quòd eodem litteræ sunt vocis activæ et passivæ itera aliis atque aliis punctis. Atque ita planus erit locus ille Exod. 54, ubi Vulgatus: *Stetit Moses cum eo, invocans nomen Domini,*

(1) QUIA OMNIS VIOLENTA PREDATIO CUM TUMULTU. R. Joseph Kimchi interpretatur, sicut et Chald. *Omnis calcus calcantis: quod valde mihi probatur, quia statim sequitur: ET VESTIMENTUM MIXTUM SANGUINE*. Quorum verborum prætermisissis variis aliorum interpretationibus, sensum esse puto: Omnia spolia, quæ hostes non sine magno periculo et sanguine ceperant, momento temporis perdent, igne enim consumentur. Ac si dicat Christum captivum duciturum captivitatem, donaque hominibus daturam, Psal. 67, 19, et Ephes. 4, 8. Ille enim sensus valdè cum sequentibus coheret. (Maldonatus.)

et vocatum est in nomine Jehova, et transiit Jehova ante faciem ejus, et vocatum est Jehova, Jehova, Deus misericors; id est, sonuit hæc vox Jehova, Jehova, etc.; neque enim sunt voces Mosis, sicut ex cap. 55 ejusdem libri manifestum est. ADMIRABILIS. Est nomen à verbo phala, quòd non solum significat admirabile vel admiratione dignum esse, sed etiam arduam, difficile ac impossibile; ut Gen. 18, et Jer. 35, ubi Vulg. reddidit: *Non Deo difficile omne verbum; quod Lucas dixit eisdem verbis. Quare nomen phele juxta verbi sui significationem non solum videtur significare admirabile vel admiratione dignum, sed etiam mirificum vel miraculorum patratorem; et videtur hoc loco esse adjectivum nominis consiliarii, quòd appellandum esset Consiliarius admirabilis, cujus videlicet consilia essent supra naturam et humanum captum atque rationem. Atque ita quoque conjungendæ videntur et combinandæ voces quæ sequuntur. DEUS FORTIS. Seu pravaltidus, qui cæteris virtute præstat. Familiare enim est Scripturæ Deum cum cæteris fictitiis diis conferre: *Magnus super omnes deos. Quis similis tui in diis, Domine? Omnes dii gentium demonia; Dominus autem caelos fecit, etc.* Alias gibor, herocem, gigantem, et qui cæteros antecellit, significat. PATER FUTURI SEculi; vel pater æternitatis; quòd et interdum tempus determinatum, ut seculum, interdum verò æternitatem significat, non est cur dubitetur. Dei autem Filius homo factus æternitatis nobis aditum devictâ morte reservavit, et factus est nobis resurrectio et vita, ut non moremur in æternum. Pater autem more Hebræo auctor cujuscumque rei dicitur. PRINCIPES PACIS. Schalom omnimodam prosperitatem designat Hebræis, et non pacem tantum. Principem ergo pacis intellige Pacificum, Felicem, cui omnia ex voto cedunt, benèque Fortunatum, ut aiunt. Non tamen negandum est quin aliquando opponatur gladio et bello, ut Num. 25, Eccles. 5. Sic et Dominus Matth. 10: *Non veni pacem mittere, sed gladium: quæ verba Lucas 12 exponens, pro gladio reddidit propriè separationem*. Et Paulus Ephes. 2 explicat pacis significationem: *Vos, inquit, qui quondam eratis longinqui, propinqui facti estis per sanguinem Christi. Ipse enim pax nostra, qui fecit ex utrisque unum, et interstitium macerie diruit, simulatam per carnem suam; legem mandatorum in decretis sitam abrogans, ut duos conderet in semetipso in unum novum hominem, faciens pacem, et ut reconciliaret ambos in uno corpore Deo per crucem, peremptâ inimicitia per eam. Et veniens evangelizavit pacem vobis qui procul aberatis, et his qui propè, etc.* Est igitur pax etiam, ut definit ipse Paulus, Hebræis duorum inter se dissidium reintegratio seu reconciliatio; et ita hic quoque accipi potest (1).*

(1) Dans les Septante du Vatican, on lit simplement: *Il sera appelé l'Ange du grand conseil*. Tous les autres noms sont supprimés. Dans le vers Alexandrin, on lit ces noms, à la réserve du nom de Dieu, et c'est la même chose dans Aquila, Symmaque et Théodotion. Ils ont altéré le texte en traduisant: *Il sera appelé Admirable, Conseiller, Fort, Puissant, etc.* en



VERS. 7. — MULTIFICANTUR. Vel ad multiplicandum. Ille scribitur mem finale seu clausum pro aperto, ubi Judæi sua afferunt somnia. Ego nihil mysterii subesse credo, et potius deridendos quam audiendos Cabalistas existimo. Scribæ lapsus esse

sorte que le nom de Dieu disparait de leurs versions. Les Pères de l'Eglise et les commentateurs modernes ont remarqué cette altération. On peut la reprocher également à la Bible allemande, plus coupable en cela que les anciennes versions, puisqu'on peut croire que celles-ci ont été falsifiées par les copistes, au lieu qu'une édition aussi moderne que l'allemande, et aussi uniforme dans toutes ses copies, décèle certainement l'intention des auteurs.

L'hébreu est ici notre guide, il porte  $\text{שׁוֹן}$ , qui est un des noms de Dieu; à la vérité ce mot signifie aussi, Fort; mais outre qu'il s'emploie très-rarement dans cette signification, lorsqu'il est au singulier (a), peut-on supposer que l'écrivain sacré eût mis de suite deux mots identiques: Fort et puissant? car il faut bien remarquer que Dieu est appelé El à cause de sa puissance. Il y aurait donc deux fois puissant: ce qui serait une tautologie indigne d'un auteur inspiré.

Plusieurs commentateurs anciens et modernes traduisent: Dieu fort (b) Deus fortis, sans séparer Dieu de fortis; mais cette séparation doit avoir lieu, et notre Vulgate la conserve très-à-propos. Le texte ne connaît point de virgules; mais de la même façon qu'on sépare les autres attributs: Admirable, conseiller, pourquoi ne séparerait-on pas Dieu, fort?

Isaie dit donc qu'un petit enfant nous est né, qu'un fils nous a été donné, et il apporte cela en preuve des vieilles dont il parle dans les deux versets qui précèdent. Il fait entendre que cet enfant, que ce fils a été donné à tous, il parle comme l'Apôtre, Rom. 8, 32: Celui qui n'a pas épargné son propre fils, mais qui l'a livré pour nous tous, comment ne nous aurait-il pas donné tout avec lui?

Le prophète dit ensuite que la domination on la principauté a été mise sur son épau, pour marquer que son empire sera très-absolu et très-indépendant. Il y a ici une opposition avec le 4<sup>e</sup> verset, où on lit que le jong et la verge étaient sur le dos du peuple. Le fils qui nous est né sera exempt de cette sujétion; il portera les marques de sa dignité, il ne sera soumis à personne. Les saints Pères ont vu ici la croix dont Jésus-Christ a été chargé, et par laquelle il a triomphé de tous les ennemis du salut.

Isaie vient au nom que doit porter cet enfant: Il sera appelé: l'hébreu dit Il appellera (vocalité), c'est un hébraïsme assez fréquent dans cette langue; et on y emploie la troisième personne indéfiniment, et on l'écrit au verbe impersonnel; ainsi, dans Jérémie, 23, 6, on lit, selon l'hébreu: Et hoc est nomen quod vocabit eum, Dominus justus noster; c'est-à-dire, qu'il s'appellera (c). Il sera appelé admirable, etc. Nous ne trouvons qu'un seul endroit dans le nouveau Testament où J.-C. soit qualifié du nom d'admirable: c'est quand S. Paul parle du jugement qu'il exercera à la fin des temps; alors, dit-il, 2 Thess. 1, 10, il sera admirable dans tous ceux qui auront cru en lui. Mais Jésus-Christ est admirable dans toute sa personne, dans toute sa vie, dans tous ses enseignements, dans toutes ses promesses, dans tous ses miracles. A tout instant l'Évangile dit qu'on admirait ses discours et sa

(a) On n'en cite qu'un exemple (Ezech. 31, 41): Tradidi eum in manu fortissimi gentium, où il y a  $\text{שׁוֹן}$ ; encore ce mot n'est mis là qu'avec une addition qui le modifie: d'ailleurs, il ne peut qu'être commun en cet endroit, au lieu que le mot  $\text{שׁוֹן}$ , dans Isaie, doit être propre, puisqu'il est dit de celui qui était Dieu et vrai Dieu.

(b) Le P. Houbigaat traduit Deus potens.

(c) Le P. Houbigaat remarque à propos, que vocabit équivalait à erit, selon le génie de la langue sainte.

videtur. Est autem marebe participium, et videtur accipiendum pro infinitivo, vel pro nomine, ad doctrinam; qu'on préférait tout ce qui sortait de sa bouche, aux leçons des docteurs de la loi (a).

Il sera appelé conseiller: les Septante, et après eux la plupart des Pères grecs, disent: L'Ange du grand conseil: expression que l'Eglise conserve aussi dans l'Introït de la troisième messe de Noël. Cette expression n'est pas condamnable, mais on doit préférer celle de l'hébreu et de la Vulgate: Jésus-Christ n'est pas un simple député du conseil de Dieu, il possède en lui-même tous les trésors de la sagesse divine: les instructions qu'il donne aux hommes, il les puise dans son propre fonds; il est maître et législateur.

Il sera appelé Dieu. J'ai déjà observé que ce mot  $\text{שׁוֹן}$  doit être pris en cet endroit pour un nom de Dieu, et j'ajoute qu'il est employé ici de la même façon que Deut. 32, 21: Ipsi me provocaverunt in eo qui non est Deus. Isaie, 51, 3: Egyptus sicut, et non Deus. Psal. 66, 15: Quis Deus magnus sicut Deus noster? Tu es Deus qui facis mirabilia. Dans tous ces endroits il y a  $\text{שׁוֹן}$ , et l'on ne peut entendre que Dieu. Isaie n'appelle point l'enfant dont il parle, Jehoahab, parce que c'était le Dieu-Homme, le Verbe incarné, et que Jehoahab ne se dit que de Dieu, considéré selon son essence, et sans rapport à l'humanité que le Verbe de Dieu s'est uni. Le mot Deus doit être séparé par une virgule de fortis, et les interprètes grecs, Aquila, Symmaque, Théodotion, nous en donnent l'exemple dans l'altération même du passage: car ils mettent  $\text{θεός, δυνατός}$  (ou δυνατός) en séparant ces deux mots par une virgule. Au reste, quand on traduirait Dieu fort, ce ne serait toujours qu'un vrai Dieu, que cette expression pourrait convenir: il en serait du Dieu fort comme du Dieu vivant; on ne peut entendre que le vrai Dieu, quand on use de ces termes, ou qu'on les lit dans les saints livres.

Il sera appelé Père du siècle futur. L'hébreu dit: Père de l'éternité. Je crois cette expression plus forte que celle de notre Vulgate, et il me paraît que la bible anglaise et la bible allemande, qui traduisent: Père éternel, ne rendent pas assez l'hébreu. Le sens du prophète est cependant à peu près le même dans toutes ces versions. Il veut dire que le fils dont il trace les caractères ouvrira aux hommes la voie d'une vie éternelle; qu'il établira pour eux une Eglise dont la destinée est de durer toujours; qu'il ne donnera des promesses que pour le royaume des cieux, qui égale, par sa durée, celle de Dieu même. L'expression Père du siècle futur, est dans les Septante de Complute et d'Alde, dans Eusebe et dans quelques autres Pères grecs.

Enfin, il sera appelé Prince de la paix; et Jésus-Christ est en effet, selon S. Paul, notre paix; il a réconcilié, par l'effusion de son sang, la terre avec le ciel; en quittant ce monde il a laissé pour héritage à ses disciples, sa paix, non telle que le monde la donne, mais la paix qui a Dieu pour auteur, et qui surpasse tout sentiment.

Après l'énumération de ces caractères, est-il un lecteur sensé qui puisse voir, dans ce passage du prophète, d'autre objet que Jésus-Christ? Je crois que, dans le dessein de nuire à la religion, on n'a imaginé que le fils d'Isaie, ou Ezéchias, fils d'Achaz, qui pûnt avoir trait à cette prophétie; mais en quoi et comment l'un et l'autre ont-ils mérité d'être nommés Admirables, Dieux, Forts, Pères du siècle futur, Princes de la paix? Ezéchias avait au moins neuf ou dix

(a) Dans le livre des Judges (13, 18). Manné, père de Samson, demanda à l'ange du Seigneur quel est son nom? et cet ange lui répondit: Pourquoi me demander mon nom? Il est admirable. Plusieurs bons interprètes, comparant cette réponse avec le texte d'Isaie, croient que c'est le Verbe éternel qui apparaît à Manné, sous la forme d'un ange.

multiplicationem seu propagationem imperii et pacis, quod precedentiibus connecti potest, Princeps pacis; q. d.: Vocabitur auctor pacis; nam ad multiplicandum suum imperium et pacem nullas erit finis Imperium enim suum summam cum pace propagare studebit, et neque imperii neque pacis ulus sit finis. Est enim regnum Christi regnum omnium seclorum, et regnum quod non auferetur: quod non bello, ut regna mundi, sed pace et dilectione propagatum fuit.

